

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Scala coeli**

**Johannes <Gobi, Iunior>**

**[Straßburg], 1483**

De decimis

[urn:nbn:de:bsz:31-106862](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-106862)

vespilio recessit ab animalibus. et  
adhesit auibus. Tandem firmata  
pace inter aues et animalia. audi-  
ta deceptione vespilionis data est  
sententia ut plumis auium priuaretur  
lucem fugeret et mimicias cum omni-  
bus haberet. Sic accidit deceptoribus  
qui dolose partem volunt fouere.  
Tercio deceptio est mortis ad  
iudicatinam. Refert De. alphosus.  
quod cum quidam magna pecuniam cuidam  
tradidisset. facta via in regressu  
eam negauit. Tunc accessit ad unum  
socium et dixit sibi obsecro ut impleat  
decem ollas arena et cooptas tra-  
das tali diuiti pro deposito. tunc ego  
superuenies. et ipse timens ne perdat  
pecuniam tuam quam apparere maiorem resti-  
tuet mihi meam. Cum autem omnia essent  
facta. et iste cum ollis loqueretur diui-  
te. diues eum aspiciens statim di-  
xit. amice nimis dimisisti pecuniam  
tuam apud me. et accepta in cophinis  
recessit. Tandem accusatus de ista  
et alijs deceptoribus. vtiliter est su-  
spensus

#### De decimis.

**D**ecime debent solui a nobis  
multiplici ratione. Primum propter  
fructuum multiplicationem  
Refert Celsarius. Quod fuit quidam mi-  
les in provincia qui baiulum suum  
compellebat ad redditionem decimarum  
sic dicens. Numquam in terris meis erit  
tempestas si bene soluis decimas. et  
ideo si in possessionibus meis cadit  
tempestas signum est quod male soluisti

de mercede tua restituas. Eius ergo  
optime baiulus completum preceptum  
domini alijs possessionibus vicinorum ter-  
ris suis nunquam ledebat. **T**ertio ad  
idem. Refert Celsarius. quod quidam  
miles fuit qui mirabilem deuotionem  
habebat ad solutionem decimarum.  
Cumque vindemias suas vineas. et  
quadringenta onerata plus dedisset  
decima quam debuisset. **B**ona quadam  
die cum socijs ad spaciandum iuisset  
ad vineas. inuenerunt eas plenas  
racemis ac si nullus fuisset amor.

#### De delicia.

**D**elicia mundi et carnis multa  
mala inducunt in nobis  
Primum est penarum aggra-  
uatio. Legitur in libro de septem do-  
minis spiritus sancti quod quidam iuuenis de-  
licatus et in delicijs viuens ingressus  
est ordinem predicatorum. Cum autem pa-  
rentes eius et amici instarent ut  
exiret ordinem eo quod finaliter non  
posset pati labores. Tunc iuuenis  
respondit. propter hoc intravi quia scie-  
bam me esse delicatum. et nihil aspe-  
ritatis posse sustinere. **E**t quod cogi-  
taui quod in inferno erat acerbissima  
pena cum sit ibi frigus insuperabile.  
ignis inextinguibilis. permes im-  
mortalis fertor intolerabilis. re-  
nebre palpabiles. flagella ceden-  
tium. horrida visio demonum. **C**onfu-  
sio peccatorum. despacio omnium bonorum. **E**t  
ideo elegi magis hanc penam ordi-  
nis sustinere quam illam. que tanta est